UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 40. Jesuitarum caussa per seipsos æque, ac Patronos agitata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67204

Visual Library

cietatem declamabat, ac Seguierus Præſes rem a Pariſienſi Senatu, a quo etiam expulſionis decretum annuente Rege emanabat, decidendam cenſebat: id vero ut præverterent Jeſuitæ, Cancellarium æque ac Villaregium ſollicitabant, ut hoc negotium nequaquam Senatui permitteretur, ſed illud ipſimet tranſigerent cum Rege. Id quoque Præſes per ſuum Romæ Oratorem Pontifici renuntiari, ejusque mentem de modo reſtituendæ Societatis exquiri juſſit.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XL.

Jeſuitarum cauſſa per ſe ipſos æque, ac Patronos agitata.

Cum Jeſuitæ nihil Pariſiis confici poſſe cernerent, cauſſam per ſeipſos agere conſtituunt, utque ſecundus conatui reſponderet ſucceſſus, ad omnes occaſiones ſibi propitias ſummopere intenti erant, ac præprimis peropportunus erat adventus Mariæ Mediceæ, quæ recens deſponſa Henrico Galliarum Regi uxor Florentiæ Mariam Magdalenam de Pazzis Carmelitanam tum eximia ſanctitatis opinione florentem inviſerat, ac tria potiſſimum ejus apud Deum precibus impetranda poſtulabat: viciſſim vero hæc Sancta Jeſuitarum votis

Juvenc. Hiſt. Soc. l. 12. p. 5. Thuan. Hiſt. l. 129. Abregé de l'hiſt. Eccleſ. Siecl. XVII. Hiſt. du Parlem. de Paris c. 42.

tis

Sæc. XVII.
A. C. 1603.

tis obſecundans a Regina efflagitab
ut Societatem in Regnum revocand
curaret: quod & Regina ſe factur
recepit. Attamen potens pariter ap
ipſum Regem conciliandus erat Pat
nus, quem Jeſuitæ ad vota nanciſc
bantur in Varreno, qui ex Regiæ S
roris coquo Flexiæ Gubernator ab He
rico IV. nominabatur. Hic pro ſua
Societatem benevolentia Jeſuitis auth
erat, ut ad Regis, qui hoc anno Div
durum veniret, pedes provoluti p
redintegranda Societate ſupplicare
Placuit hoc conſilium P. Ignatio A
mando Metenſi Provinciali, qui Reg
Metis tranſeuntem alloqui, eique S
cietatis calamitatem exponere con
tuit, ſelecto ad hoc tempore ſat idone
feria quinta ſanctæ hebdomadæ;
enim firmiter perſuaſum habebat, qu
cum Rex ac Regina pro more in lava
dis pauperum pedibus ſolemni ritu fu
gerentur, facile Paſſionis Dominic
memoria in Chriſtianiſſimi Regis cord
erga Chriſti Socios miſerationis affectu
excitatura foret.

§. XLI.

P. Armandi oratio ad Galliæ Regem

Mezerai tom.7.p.446. Thuan. l. c.

Hac igitur fiducia animatus Pater Ar
mandus, aditum pandente Vare
no e Proceribus Regi cariſſimo, eadem
di